Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector Univers. Rostoch. Heinricus Rudolphus Redeker D. & P.P. Benevolo Lectori! Salutem! Quanta cum difficultate & illubentia inductus sim, ut 16. d. praes. mens. non in alicuius iniuriam aut existimationis laesionem ... M. Theophilus Großgebauer ... : Dadam raptissime Museo 19. Jan. Anno 1661 ...

Rostochii: Kilius, 1661

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796637962

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796637962/phys_0001
DFG

1, Copey wegen Verpfändung der halben Warnemünde an Rostock
2, Statutum Rostochiense de Successione ab intestato
3, Vorstellung, in welchen puncten das Lübsche Recht in Rostock anders gestalt zu observiren
4, Vorstellung des Rostockschen Magistr. an Serenissimum zu der accise
5, Fürstl. Conditiones wegen introducirung der accise zu Rostock
6, Verschiedene Stücke das accise Wesen in Rostock betreffend
7, Summarischer extract des in jure et facto gegründeten über den Rostockschen accis-Wesen abgefassten deduction
8, Vorläufige Nachricht, wie es mit der Rostockschen accis bewandt
9, Interims-Verordnung, wie hinführo in der Stadt Rostock solle [illegible]
10, Kurze facti species wie es mit der Stadt Rostock, deren zugehörigen accisen.
11, Kayserl. Verordnung an H. Carl Leopold wegen Rostock
12, Auszug aus der gründl. Beantwortung, welche dem von H. Carl Leopolds.
13, Vorläufiger in jure et facto gegründeter Gegenbericht, wie es mit der
Rostockschen accise s.
14, Gründliche Beantwortung auf den von H. Carl Leopold distribuirten
summarischen extract des in jure et facto begründeten über den
Rostockschen accis Wesen abgefassten deduction
15, Continuata species facti, wie es weiter mit denen Rostockschen
inhaftirt gewesenen Magistrats-Personen abgangen
16, Responsa juris welche nach gegebener bester information der Juristen-
facultaeten zu Helmstaedt, Halle und Altorff von die bedrängten und
gefangenen Magistrats-Personen der Stadt Rostock gegeben
17, Vergleich zwischen H. Carl Leopold und der Stadt Rostock
18, An die zur kayserl. Execut. Commiss. verordnete Subdelegatos ge-
richtete memorial der Mecklenb. R. u. R. und in specie der Stadt Rostock
betreffend die gänzl. abolition des in dem Hafen zu Warnemünde
continuirenden Zolles
19, Species facti wegen einiger privilegien der Stadt Rostock
20, Abdruck der an Ihro K. M. Majestät ergangenen allerunterth. Vorstellung
wegen cassirung des Rostockschen Vergleichs d. 1702.
21, Mandatum Concilii Rostochiensis
22, Species facti, so an H. Christ. Ludewig als kayserl. Commissar. auf derselben
befehl von Seiten des Corporis Doctorum nec Professorum der Rostockschen
academie wider Burgermeister und Rath et Consorten derselbst übergeben
25. 23, wahrhafte species facti cum repetita jurium deductione, so an die
K. kayserl. Majestät und Großfürstl. Reichs Gott. in Sachen Bürgermeister und Rath
der Stadt Rostock vor sich und in Vollmacht Magnifici Dni rectoris et
venerandi Concilii s.s.
28. 24, E. E. Raths der Stadt Rostock Verordnung an die Bader und Casbader

Mk-10662 1-28
90 1-28 2°

145 ay.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Mk-10662 1-28 <Mss>

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn796637962/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn796637962/phys_0004
DFG

RECTOR UNIVERS. ROSTOCH.

HEINRICUS RUDOLPHUS REDEKER/ D. & P. P.

Benevolo Lectori Salutem!

Quantâ cum difficultate & illubentia inductus ſim, ut *16. d. præſ. menſ.* non in alicujus injuriam aut exiſtimationis læſionem, ſed juſtam nominis & honoris mei tuitionē, illud ſcripſerim, quod in caſu læſæ authoritatis, quem DEUS clementer avertat, non facere non poſſem, illi mihi teſtes erunt, quibus ægritudo mea nota fuit. Poſtquam enim ex duriori verborum contextu ejus carminis, quod *Reverendus & Clariſſimus Dominus M.* THEOPHILUS Großgebauer *Verbi Divini Miniſter ad D. Jacobi fideliſſimus, amicus meus ſingulariter dilectus*, ſcripſit non alium ſenſum elicere potui, quam *quod ego Varniacæ Rector Verbo DEI non amplius regerer, vel etiam bonis amabilis eſſe deſierim*; Præcipue cum omnium illorum, cum quibus ego quidem locutus ſum, ſententia, eandem mihi interpretationem inculcarit: Non potui leniori juris via famæ meæ conſulere, quam ſi publicè exigerem, ut ea quæ de me, obſcuriori ſenſu in dicto carmine funebri ſcripta erant, clariori declaratione ac aliorum interpretatio erat, explicarentur. Quandoquidem autem Autor illius controverſi carminis, quod hactenus multorum animos ſuſpenſos, & meum maxime cruciatum tenuit Dominus M. THEOPHILUS Großgebauer/ quem propter egregiam eruditionem, & miniſterii ſacri laudabilem functionem maximo ſemper amore complexus ſum, & adhuc complector, ad amicā interpoſitionem Pl. Reverendi & Excellentiſs. DN. CASPARI MAURITII, SS. Th. D. P.P. Superintendentis vigilantiſſimi ac amici noſtri conjunctiſſimi, & aliorum quorundam Paſtorum ſollicitam curam *ſponte ſua* utriusque famæ & publicæ tranquillitati conſulturus, verborum ſuorum genuinus interpres extiterit, uti ejus literæ inferius ad verbum expreſſæ teſtantur. Propterea illud, quod jam ante in ſuperiori meo ſcripto teſtatus ſum, hic repeto, & bonis omnibus expreſſe ſignifico; Me facta hac interpretatione nec carmine illo læſum, nec Programma meū quod in illud duntaxat ſtrinxeram, in Domini M. Großgebauren/ Miniſterii, pietatis, exiſtimationis, ſtudiorum, vel morum præjudicium, quomodocunque etiam intelligi vel adduci poſſit, valiturum, adeoque omnem ejus vim abolitam, & ex omnium memoria evulſam eſſe volo, cum omnis ſuſpicionis argumentatio mihi ſit ademta. Quapropter omnes & ſingulos Academiæ Cives ſerio adhortor, ne contra honorem vel exiſtimationem DN. M. Großgebauren/ quicquam ſiniſtre agant, aut feliciter ſopita iterum petulanti ac turbulento maledicto, vel improbo calumniandi pruritu, moveant. De cœtero ex animo opto, ut Deus Pacis & tranquillitatis omnes in Univerſitate hac noſtra docentes ac diſcentes infucati amoris vinculo conſtringat, quò ſublata ſimultatū malignitate, ex omnium amore & virtutis ſtudio ſingulorum ſalus creſcat.

Dabam raptiſſimè ex Muſeo 19. Jan. Anno 1661.

L. S.

Cum alia ratione Sacro meo Miniſterio & Exiſtimationi meæ conſulere mecum ſtatuerim, interpoſuerunt ſe Reverendi pl. Dn. Superintendens & Collegæ alii ex R. Miniſterio, & ut me Super diſticho hoc controverſo:

Varniacæ Rector, Juris Moderator, & olim
Noſter Amor, Verbo cum regerêre DEI.

Declararem, ſuaſerunt. Parui ſuaſui eorum, & tranquillitatis meæ cauſa ſignifico, me in hoc diſticho commendaſſe ſtudia & exercitia pietatis DN. D. REDEKERI, *Magnifici p.t.* Rectoris, *qui cum in Parochia Jacobæa* Verbo *& cultu* DEI paſceretur, *ſive* regeretur, *& gnavus auditor concionum mearum matutinarum eſſet,* jamdudum *& ex multis annis meus amicus extitit, meaque chariſmata maximi fecit. Hæc interpretatio cum tam leniter ex Verbis meis fluat, factas detorſiones ſatis mirari non poſſum. Sanè qui* olim *ac* jamdudum *me amavit, quin me* nunc *quoque amet, nihil repugnat. Unius poſitio alterius deſtructio non eſt. Vetus amicitia maximè laudabilis.* Olim *igitur pro* jamdudum *poſitum eſt, ut Plinius Epiſt. 162. & autores alii iſta dictione utuntur. Deinde Verbum* Regerêre *ſeu regebare in hoc loco pro* paſcebare *debet intelligi. Nam ad Templum illud in toto diſticho reſpexi, quo prædictus Dn. Rector cultu divino publico Verboque* DEI *in* templo noſtro Jacobæo regebatur *ſeu* paſcebatur. *Parochiales enim cum Verbo & Sacramentis rectè à Miniſtris Eccleſiæ paſcuntur, dicuntur* gubernari *ac* regi. *Hinc munus noſtrum Eccleſiaſticum eſt* κυβέρνησις, *&* regimen 1. *Corinth. 12.28* *Qui huic regimini præſunt* οἱ προϊστάμενοι Regentes *dicuntur. Rom. XII. 8. Hanc meā interpretationem ſi Magnificus Dn Rector prius exquiſiviſſet, ut ſpero etiam ſine iſto publico ſcripto, ſecundum Regulas charitatis & æquitatis; fuiſſet contentus. Quod vero ad ipſam* παρῳδίαν *Propheticam Ezech. cap XXIV. attinet, omnibus Prophetiarum Studioſis &* θεοδιδάκτοις *Theologis conſtat,* מופתים ואותו Prodigia ac Signa *ex ſe nec reatum, nec contemtum illis attuliſſe, quos Deus Ter Opt. Max. vel ex amiciſſimis ſuis Populo ad agendam pœnitentiam præſtituit. Viduo non inſultavi, pie defunctam non judicavi. Hoc enim temeritatis, illud crudelitatis fuiſſet. Condolentia mea ex elegiis ipſis liquida eſt. Si non efficaciter conſolatus eſſem, ſi* ἀκαίρως *ad pœnitentiam omnes Ordines harum Athenarum invitaſſem; Primū in poteſtate hominis non ſemper eſt; Alterum Miniſterio Sacro vel maximè proprium, 2. Timoth. IV, 2. Cæterùm poſt* DEUM, *Magiſtratum meum quousque in hac Academia vixi, ſemper veneratus ſum ac amavi, atque in hoc totus fui, & impoſterum ero, ut peccatis iræ* DEI *incentivis ex quovis ordine deletis, ſalutem ac Pacem Populi mei conſecter. Offendicula â Me profecta non ſunt. Illa ut iis qui contrariam interpretationem M. D. Rectori in extremo luctu conſtituto ſuggeſſerunt, ne â* DEO *imputentur, cum Domino* JESU *precor, Lucæ XXIII, 34.*

Theophilus Großgebauer/ Miniſter DEI. JAC.
Thüringus.

ROSTOCHII.
Typis JOHANNIS KILII Academiæ Typographi.

22

28

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796637962/phys_0008
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn796637962/phys_0009
DFG

bum expreſſæ teſtantur. Propterea illud, quod jam ante in ſuperiori meo ſcripto teſtatus ſum, hic repeto, & bonis omnibus expreſſe ſignifico; Me facta hac interpretatione nec carmine illo læſum, nec Programma meũ quod in illud duntaxat ſtrinxeram, in Domini M. Groſſgebauren/ Miniſterii, pietatis, exiſtimationis, ſtudiorum, vel morum præjudicium, quomodocunque etiam intelligi vel adduci poſſit, valiturum, adeoque omnem ejus vim abolitam, & ex omnium memoria evulſam eſſe volo, cum omnis ſuſpicionis argumentatio mihi ſit ademta. Quapropter omnes & ſingulos Academiæ Cives ſerio adhortor, ne contra honorem vel exiſtimationem Dn. M. Groſſgebauren / quicquam ſiniſtre agant, aut feliciter ſopita iterum petulanti ac turbulento maledicto, vel improbo calumniandi pruritu, moveant. De cœtero ex animo opto, ut Deus Pacis & tranquillitatis omnes in Univerſitate hac noſtra docentes ac diſcentes [illegible]

Dabam raptiſſimè ex Muſeo 19. Jan. Anno 1661.

L. S.

Cum alia ratione Sacro meo Miniſterio & Exiſtimationi meæ conſulere mecum ſtatuerim, interpoſuerunt ſe Reverend; pl. Dn. Superintendens & Collegæ alii ex R. Miniſterio, & ut me Super diſticho hoc controverſo;

Varniacæ Rector, Juris Moderator, & olim
Noſter Amor, Verbo cum regerêre DEI.

Declararem, ſvaſerunt. Parui ſvaſui eorum, & tranquillitatis meæ cauſa ſignifico, me in hoc diſticho commendaſſe ſtudia & exercitia pietatis Dn. D. Redekeri, *Magnifici p. t Rectoris, qui cum in Parochia Jacobæa* Verbo *& cultu* DEI paſceretur, *ſive* regeretur, *& gnavus auditor concionum mearum matutinarum eſſet,* jamdudum *& ex multis annis meus amicus extitit, meaque chariſmata maximi fecit. Hæc interpretatio cum tam leniter ex Verbis meis fluat, factas detorſiones ſatis mirari non poſſum.* Olim *igitur pro* jamdudum *poſitum eſt, ut Plinius Epiſt. 162. & autores alii iſta dictione utuntur. Sanè qui* olim *ac* jamdudum *me amavit, quin me* nunc *quoque amet, nihil repugnat. Unius poſitio alterius deſtructio non eſt. Vetus amicitia maximè laudabilis.* [illegible] *Verbum* Regerêre *ſeu* regebare *in hoc loco pro* paſcebare *debet intelligi Nam ad Tempus illud in toto diſticho reſpexi, q*[illegible] *Rector cultu divino publico Verboque* DEI *in* templo noſtro Jacobæo regebatur *ſeu* paſcebatur. [illegible] *rectè à Miniſtris Eccleſiæ paſcuntur, dicuntur* gubernari *ac* regi. *Hinc munus noſtrum Ec*[illegible] 12.28. *Qui huic regimini præſunt* οἱ προϊςάμενοι Regentes *dicuntur. Rom. XII. 8.* [illegible] *ſſet, ut ſpero etiam ſine iſto publico ſcripto, ſecundum Regulas charitatis & æquitatis; ſuff*[illegible] *ticam Ezech. cap. XXIV. attinet, omnibus Prophetiarum Studioſis &* θεοδιδάκτοις *Theologis* [illegible] *nec reatum, nec contemtum illis attuliſſe, quos Deus Ter Opt. Max. vel ex amiciſſimis ſuis Popu*[illegible] *Viduo non inſultavi, pie defunctam non judicavi. Hoc enim temeritatis, illud crudelitatis fuiſſ*[illegible] *da eſt. Si non efficaciter conſolatus eſſem, ſi* ἀκαίρως *ad pœnitentiam omnes Ordines harum* [illegible] *Primũ in poteſtate hominis non ſemper eſt; Alterum Miniſterio Sacro vel maximè proprium, 2. Timoth. IV, 2. Cæter*[illegible] *Magiſtratum meum quousque in hac Academia vixi, ſemper veneratus ſum ac amavi, atque in hoc totus fui, & impoſterum* [illegible] *ut peccatis iræ* DEI *incentivis ex quovis ordine deletis, ſalutem ac Pacem Populi mei conſecter. Offendicula â Me profecta non ſunt. Illa ut iis qui contrariam interpretationem M. D. Rectori in extremo luctu conſtituto ſuggeſſerunt, ne â* DEO *imputentur, cum Domino* JESU *precor, Lucæ XXIII, 34.*

Theophilus Groſſgebauer/ Miniſter Dei. Jac.
Thüringus.

Rostochii.
Typis Johannis Kilii Academiæ Typographi.